

397

HERMENEUTICI.

398

*Orbis immensi celebris creator
Arguas ne me, grauius furenti
Bile, nec flammam stimulatus iræ
Corripe lapsum.*

*Rex mei Regum miserere clemens
Virium robur quoniam recessit
Saucio tollens animi dolores
Pharmakon adde. &c.*

Autoris nomen in *Lelongii Bibl. sacra inter Poetas Biblicos* non comparet, nec quidquam mihi de eo compertum.

CXLII. VIII. H. 12

741 Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 24. 8. hoc Titulo est: *Septem Psalmi Poenitentiales Elegiaco Carmine redditi. In Honorem Illustrissimi Principis ac*

*Alme meis patulas Deus arrige uocibus aures,
Ne uentis leuibus uerba dedisse ferar.
Dura mei lapsus meruere flagella; sed iræ
Rex quis iusta tuæ fulmina ferre queat. &c.*

Addendus igitur *Poetis Biblicis in Longii Bibliotheca Sacra* ὁμοχῶρος hic meus, de quo apud Autores nil notatum reperio. Exemplum nostrum non ejus manu exaratum complures errores arguunt.

CXLIII.

808 Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. oblongor. 31. 8. est Paraphrasis metrica *Psalmorum VII.* qui vulgo *Poenitentiales* audiunt, dicata *Rudolpho II.* Imp. a

Domini Domini Rudolphi II. Romanorum Cæsaris, Hungariæ Bobemiæque Regis Archiducis Austriæ &c. Domini Sui Clementissimi. Authore M. Jacobo Ziegelio Monacensi Anno salutis M. D. LXXVIII. Jacobum Zieglerum Bojum Landaviensem norunt Eruditi, Joh. Ziegelium Constantiensem Poetam dedimus Cod. alio. En ὁμοχῶρος, cujus Musa non infimi subsellii ita orditur:

Matthia Spengl Carniolo Labacensi, hoc Titulo: Paraphrasis Der siben Buespsalmen des königlichen propheten Davids, mit etwas weitlauftigerm verstandts, in Reimen weifs gestellt: allen angefochtenen Gewissen — sehr tröstlich. &c. E vexatis, quas hic memorat, Conscientiis Protestantem arguo Autorem. Praemittit ille Hexastichon de Venia peccatorum, testibus Psalmis, a Deo obtinenda; Psalmum vero I. ita auspicator:

Ach